



# **Disputatio juridica trigesima-quinta de sponsalibus & nuptiis, ad Tit. 1. & 2. Lib. 23. Pandectar.**

<https://hdl.handle.net/1874/340992>

DISPUTATIO JURIDICA  
TRIGESIMA-QUINTA  
DE  
Sponsalibus & Nuptiis.

AD  
Tit. 1. & 2. Lib. 23. Pandectar.

QUAM

FAVENTE DEO OPT. MAX.  
SUB PRÆSIDIO

*Clarissimi Consultissimique Viri,*

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,

J. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illustri  
Traject. Acad. Professoris Pandect.

*Publico subicitur examini*

NICOLAUS VIVIEN, Hagâ-Comit.

*Ad diem 27. Novemb. horâ locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM,  
TYPIS Gisberti à Zjyll, & Theodori ab Ackersdijck,

clō lō c l.

*Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimisq̄*  
V I R I S,

D. ANTONIO VIVIEN,  
Domino de BUVEGNIES, Pa-  
renti, quoad vivam omni, &  
debito honoris genere pro-  
sequendo.

D. ANTONIO CAROLO  
PARMENTIER, Domino  
de HEESWYCK, ACHTHO-  
VEN, &c. Decano S. Salvato-  
ris, & inter Illustriss. Ultra-  
jectinæ Provinciæ Ordines  
Deputato, Avunculo pluri-  
mum colendo.

*Hanc disputationem Juridicam in grati animi  
& debita observantia argumentum*

Offert & inscribit

NICOLAUS VIVIEN,

*Respond.*



DISPUTATIO JURIDICA  
TRIGESIMA-QUINTA

DE

Sponsalibus & Nuptiis.

AD

Tit. 1. & 2. Lib. 23. Pandect.

THESIS I.



**A** D. l. 1. quaeritur, an & quomodo *d. l.* emendanda sit? An sponsalia ex jure gent. nuptias antecedant? An & quomodo sponsa ab uxore differat? Sed nodum in scirpo, aut in uberiore messe stipulas quaerere non lubet. Videsis *Treutl. disp. 6. thes. 1. vol. 2.* & *ibi Bacchov. Moz. & Alios DD. ad h. t.* Sed quid de divisione in sponsalia de praesenti, & de futuro? Non valet, quum sponsalia de praesenti nihil aliud sint, quam verum matrimonium. Solum enim legitimus consensus parentum & contrahentium nuptias faciunt, non vero celebratio matrimonii coram facie Ecclesiae vel Magistratus, ut nec consummatio copula; atque adeo male pro substantia matrimonii requiruntur, sed bene sub poena pecuniaria fisco applicanda. *Diff. DD. varie.* An ergo sponsalibus de praesenti, ut vocant, renunciare liceat propter supervenientem lepram, epilepsiam, aut morbum similem, vehementer dubito. Vide *Ant. Matth. disp. 34. Pand. thes. 12. Beust. par. 1. de sponsal. c. 10. Schneid. ad h. t. Inst. Gothof. ad h. l.* Sed intrapide dixerim, praesertim hoc seculo & in casu dubio, cum sponsalia contraxisse, non matrimonium, qui dixit, habeo te in uxorem, vel promitto, me te in legitimam uxorem habiturum, vel non habeo aliam uxorem nisi te. *Diff. vide apud Treutl. thes. 5. lit. f. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. 1. & 2. h. t. Fachin. lib. 3.*

c. 41. & seq. Sed quid si copula accesserit? transeunt in matrimonium, ut etiam quælibet sponsalia de futuro. c. 15. & 30. ext. de spons. atque ita usu servari, probavi in disp. 2. Inst. thes. 10. Quod & in sponsa incerta procedit, quando quis promissit, unam se ex tribus sororibus ducturum. dd. capp. Diff. vide in d. disp. & apud Treutl. d. thes. 1. lit. d. & ibi Bacchov. Fachin. 3. c. 29. Busf. ad l. 17. h. t. in fin. Sed quid, si copula ex metu mortis intercesserit? Matrimonium nequaquam initur. c. cum loc. 14. eod. Diff. vide apud Busf. ad d. l. 17.

II.

Ad l. 4. & 14. queritur, an etiam malitia in sponsalibus ætatem suppleat, ita ut ante 7. ann. contrahi possent? Male quidem naturalis facultas malitia appellatur, sed tamen non male relinquitur arbitrio judicis examinanda, quum hoc ipsa rei natura desideret. Quacumq; ergo ætate constat, serio & cum judicio sponsalia contracta esse, ea servanda, probavi ad Tit. Inst. de nupt. Sed si ille, qui spondit, vix capax judicii fuit, postea maturo judicio in matrimonium consentiat, potestne nihilominus alter aliud matrimonium contrahere? Aff: quia in matrimonio utriusque consensus requiritur. c. un. §. 1. de desp. impub. in 6. Diff. vide apud Busf. ad d. l. 14. Fachin. 3. c. 34. Treutl. thes. 4. lit. d. & ibi Bacchov. Quod sola oscula vel nusus adveniente pubertate & judicio adhibiti non inducant matrimonium, liquidi juris videtur. arg. c. ult. ext. de sponsal. Diff. vide apud Busf. ad d. l. 14. Fachin. 3. c. 32.

Ad l. 7. queritur, an clandestinis sponsalibus publica & legitima præferantur? Aff: si clandestina sine consensu parentum inita sunt, secus est, si duntaxat absque solennitatibus Ecclesiæ, ut dixi in thes. 1. Diff. vide apud Busf. ad d. l. 7. Groenevveg. ad l. 5. C. de sponsal. Ant. Matth. d. disp. thes. 18.

Ad l. 10. queritur, an jure Canon. à sponsalibus resilire liceat altero invito? Ajo, nego. Sed Moribus certum est, quod non liceat, nisi forsan odium vel alia similis causa emergat, quæ si ab initio nota fuisset, haud dubie sponsalia impedisset. Diff. vide apud Busf. ad d. l. 10. Treutl. d. thes. 1. lit. g. & ibi Bacchov.

Ad l. 17.



Ad l. 17. quæritur, an d. l. videatur correctæ per c. 5. de illis. & ext. de sponsal? Exercitii gratia disputo, quod lubet. Ceterum in praxi hoc arbitrio iudicis relinquendum puto, scilicet an & quamdiu sponsa reditum sponsi expectare teneatur. Vide *Fachin. d. lib. 3. c. 33. Costal. & Bus. ad d. l. pen. Groenevreg. ad l. 2. C. de repud.*

Ad l. ult. quæritur, an sponsalia sub conditione omnino extitura contracta pro puris habeantur? *Aff. arg. l. si pupill. 9. §. 1. de novat. l. quod si 18. D. de cond. indeb. Diff. vide apud Bus. ad d. l. ult. Treutl. thes. 6. lit. b. Fachin. lib. 3. c. 39. Quid de conditione impossibili? Illa vitiat, licet non sit contra substantiam matrimonii, maxime si jocandi animo adjecta sit; quia talis voluntas, ne quidem in testamentaria materia, seria videtur. Diff. vide apud Treutl. d. thes. 6. lit. d. & ibi Bacchov. Bus. ad h. l. ult. An & quomodo conditio citra alium actum purificetur? an purificata sponsalia puris posterioribus preferantur? an & quæ conditio vitiet, si copula sequuta est, & similes quæstiones facile deciduntur ex antecedentibus. Vide Bacchov. ad Treutl. d. thes. 6. lit. d. Bus. ad h. l. nostr. Hanon. disp. 6. Pand. thes. 12. et seqq. Mozz. ad h. t.*

### III.

Ad l. 1. tit. 2. quæritur, unde dicantur nuptiæ & matrimonium? an matrimonium sit contractus, actus legitimus, sacramentum, Sacerdotibus Novi Testamenti interdictum, fori Ecclesiastici? Sed istæ quæstiones aut levioris momenti sunt, aut Moribus decise. Vide Mozz. ad h. t. ubi omnes & singulas istius notæ controversias fatis fulse exculsit, & disp. nostr. ad Inst. 2. thes. 10. Treutl. thes. 3. 7. et 8. et ibi Bacchov. Sed quæritur, an jure Divino matrimonium prohibitum sit inter Christianos & infideles? *Aff. 2. ad Corinth. c. 6. Hinc Israelitis uuptiæ olim interdictæ cum Cananeis. At si per errorem cum infidelibus contractæ sunt, subsistunt, si infidelis in matrimonio manere velit. 1 Corinth. 7. Sed sponsalibus per errorem initis cum infidelibus renunciare licet, quod non consentiat,*

qui ita errat. *Diff. vide apud Treutl. thes. 1. lit. e. & ibi Bacchov. Zepper. de ll. Mosaic. lib. 4. c. 18. Hænon. d. disp. thes. 10.* An ergo nec à matrimonio resilire integrum est, si unus ex infidelibus ad Christianismum se convertit? Non est. *arg. d. c. 7. Diff. vide apud Bacchov. ad d. thes. 1. Treutl.*

Ad l. 2. quæritur, an & quo modo & quo jure consensus parentum in nuptiis filiorum requiratur? an rati habitio hic equiparetur mandato? an matrimonium citra consensum parentum contractum rescindi possit? an & qui liberi propter non adhibitum consensum exheredari possint? An vitiatam pro virgine ductam repudiare liceat? Sed cum in materia proluxa compendiosum esse oporteat, atque etiam prædictæ quæstiones jam ante ventilatæ sint in *disp. 3. Inst. h. t.* remitto Studiosos ad *d. disp. ex qua tamen ut præfatæ controversiæ ad incudem revocentur, per nos licet. Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 3. lit. c. & thes. 6. lit. e. & ibi Bacchov. Costal. & Bus. & Alios ad d. l. 2. & l. 34. §. 1. h. t.*

#### IV.

Ad l. 3. an consobrinorum matrimonium jure Divino licitum sit, an computatio graduum jure Romano probata juris Canonici computationi præferenda sit, repete ex *disp. ad §. 4. Inst. h. t.* Sed suntne in jure seu ratione naturali fundatæ prohibitiones graduum *Levir. 18.* propositæ? Aff: *d. c. 18.* An ergo nec princeps, nec pontifex contra illas dispensare potest? Non potest. *d. c. 18. junct. §. pen. Inst. de jure nat. gent. & civil. Diff. vide apud Treutl. thes. 2. lit. e. & seqq. & ibi Bacchov. Hænon. disp. 6. Pand. thes. 4.*

Ad l. 5. & 6. & 7. quæritur, an deductio sponsæ in domum sponsi requiratur de essentia matrimonii? Sed cum illa deductio hodie in usu non sit, lubet quærere de celebratione matrimonii coram facie Ecclesiæ (quæ quodammodo in locum deductionis successisse videtur) an illa pro substantia matrimonii requiri queat? Neg: quia solus consensus nuptias facit. Quin tamen pœna pecuniaria constitui possit in eos, qui ante celebrationem torum ingressi



gressi sunt, nullus dubito. Vide *nostra ad tit. 9. & 10. Inst. lib. 1. Treutl. thes. 7. lit. e. & ibi Bacchov. Bus. Groeneweg. ad dd. ll. b. t.*

Ad l. 14. §. 2. l. 53. quæritur, an cognatio in linea recta si prohibitionis infinitæ, seu jure naturali prohibita? Aff: *d. §. 2. juncta ratione, quam videre est in d. disp. nost. 3. Inst. thes. 1. Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 2. lit. b.*

Ad l. 15. non sum sollicitus de emendatione *d. l.* sed quæritur, an nuptiæ in *d. l.* prohibite, jure Divino licite contrahantur? Ajo nego, prout lubet. Diff. vide apud *Treutl. thes. 3. lit. b. & ibi Bacchov.* An & quomodo jure Can. in secundo genere affinitatis prohibitio locum habeat, vide apud *Bacchov. ad d. thes. 3. Hænon. disp. 6. thes. 5.*

Ad l. 18. an & quando hodie parentum requiratur consensus, si inter easdem personas nuptiæ renovantur, vide apud *Groeneweg. ad l. 7. C. b. t.* Item quod Moribus secundæ nuptiæ recte novam benedictionem mercantur, probatur aperte ex *epist. 1. ad Corinth. c. 7.* Quinimo ex *d. c.* evidenter quoque colligitur, quod omnes pœnæ secundarum nuptiarum injuste sint, ut disputavi ad l. 11. & 12. de his qui not. inf. *disp. 8. thes. 12.* Diff. vide *ibid. & apud Treutl. thes. 7. lit. f. & g. & ibi Bacchov. Fachin. d. lib. 3. c. 63. 64. 65. & seqq. Zoef. ad h. t.*

#### V.

Ad l. 19. quæritur, an filius legatum à matre relictum sub conditione, si uxorem duxerit ex voluntate patris, consequi possit, si pater matrimonio filii contradixit sine justa causa? Aff: quia verba captanda non sunt, sed qua mente quid dicitur, attendendum est. *l. pen. ad exhibend. & arg. l. 161. de R. I.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 5. lit. c. & ibi Bacchov.* Quid de filia, quæ quidem pari nupsit, sed patre invito & absque auctoritate judicis? Moribus istæ nuptiæ clandestinæ sunt, & nullum matrimonii effectum fortiuntur, ideoque nec pater talem filiam dotare tenetur. Diff. vide apud *Bus. & Costal. ad d. l. 19. h. t. Mozz. ad d. tit.*

Ad l. 20. 21. 22. an matrimonium justo metu contractum nullum sit, vide & repete ex *d. disp. 3. Inst. thes. 1.* Sed probaturne



turne metus ille uno teste? Neg: *l. 12. de testib. & arg. l. 20. de quest. Diff. Capoll. caut. 144.* Quid de confessione partium? Nihil probat contra præsumptum matrimonium. *arg. d. c. super eo. 5. de eo qui cogn. consang. ux. Diff. vide apud Busf. ad l. 17. de sponsal.*

*Ad l. 24.* quæritur, an & jure Canon. ex diuturna cohabitatione matrimonium præsumatur? Aff: quia quilibet, præsertim probus, in re magni præjudicii bonus præsumitur, donec contrarium probetur. Quare & hæc sententia Moribus servari videtur. *Diff. vide apud Treutl. thes. 1. lit. d. & ibi Bacchov. Groenerveg. ad d. l. 24. Busf. & Gothof. ad eand. Alciat. 3. præsumpt. 38.*

## VI.

*Ad l. 25.* quæritur, an filius emancipatus saltem jure nature prohibeatur uxorem ducere absque consensu patris? Aff: *l. 9. de obseq. parent.* & cum tali temperamento hæc *lex 25.* accipienda videtur? videlicet quod quidem primo emancipatus consensum patris requirere debeat, sed si sine ratione contradicat, quod filius tunc sine consensu patris ad matrimonium admitti possit, quod & consuetudine hodierna confirmatur. An ergo idem sit in filia emancipata, & duntaxat consilium sit in *l. 18. & 20. C. h. t.* parum curo. *Diff. vide apud Treutl. thes. 5. lib. b. & ibi Bacchov.*

*Ad l. 30.* quæritur, an nuptiæ cum frigida & simili insanabili contractæ simulate, aut irritæ pronunciarî possint, & novæ cum alia permittî subsisto, & discepto exercitii gratia quodlibet. *Diff. vide apud Treutl. thes. 8. lit. a. & ibi Bacchov. Bez. de divort. pag. 91. & 229. Hænon. d. disp. 6. thes. 6. Mozz. ad h. t.*

*Ad l. 34. §. 2.* quæritur, an matrimonium comprivignorum jure Divino sit licitum? Dubitavi, & etiamnum dubito, ob rationes, quas vide in *nostr. ad §. 8. Inst. h. t. & apud Bacchov. ad Treutl. thes. 3. lit. a.* An cognati viri & uxoris inter se sint affines, & quinam proprie sint, dicam (Deo volente) *ad tit. de gradib. & affin.*

## VII. Ad

## VII.

Ad l. 42. quæritur, an revera honestas dissuadeat matrimonium inter susceptorem & susceptam? Neg: quia ea nec ex verbis, nec ex sensu C. 18. *Levit.*, vel alterius loci in sacris paginis colligi potest. Deinde honestas virtus est, quæ non in nimio seu excessu vel defectu, sed in mediocritate consistit. Diff. vide apud *Treutl. thes. 3. lit. c. & ibi Bacchov.*

Ad l. 54. quæritur, an etiam ex coitu illicito nascatur affinitas? Aff: c. 2. *de consang.* quod ne *Treutl. thes. 3. lit. d.* reprehendat, honestas vetat. vide *Bacchov. ad d. thes. Treutl.* Sed nasciturne ex nudis sponsalibus? Non nascitur, sed tamen ex matrimonio, licet nec benedictio sacerdotis, nec copula sequuta sit. Rationem pete ex *thes. 4.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 3. lit. c. & ibi Bacchov.*

Ad l. 55. §. 1. quæritur, an & quomodo d. §. 1. corrigendus sit? Sed cum hodie raro contingat adoptio, & quamvis facta minime inducat impedimentum nuptiarum, dicta quaestio altiore indagine nequaquam indiget. Diff. vide apud *Treutl. thes. 2. lit. e. & ibi Bacchov. Cujac. 23. obs. 36. Hotom. 1. resp. anic. 10. Mozz. ad h. t.*

## VIII.

Ad l. 57. quærere lubet, an reliquæ personæ, quæ in hoc & præcedenti titulo sponsalia & nuptias contrahere prohibentur, jure Divino & morali quoque vetentur. Primo ad l. 12. §. 1. *de sponsal.* recte rejicitur dura illa patriâ potestas, qua filia cogitur assentiri patri. Sponsum offerenti, licet non turpem vel moribus indignum. Nam antipathia naturali vim inferre nefas est, & coacta matrimonia ansam peccandi præbere, atque difficiles exitus habere solent. Quin ipsum jus Civile sibi non constare videtur. l. 2. *de nupt. junct. l. 60. §. 5. h. t. & l. 3. de spons.* Cur enim alia ratio in nuptiis, alia in filiosam? Imo cur alia in filiasam, alia in emancipata? Vide *Groeneweg. ad d. l. 12. Ad l. 15.*



*tit. 1. & l. 36. 59. 60. 62. 63. 64. §. 1. 66. tit. 2.* notandum,  
 quod tutor vel filius ejus juste pupillam in uxorem ducere possit,  
 quia loco patris proprie non est, nec pupillæ metuunt circum-  
 scriptionem in re familiari, si singulis annis administrationis  
 ratio reddatur. Plures rationes vide apud *Groeneweg. ad tit. C. de*  
*interd. matrim. int. pup.* Quod digniores dignante justitia humi-  
 liores in uxores ducere possint, patet ex antecedentibus contra  
*l. 16. tit. 1. & l. 16. tit. 2. l. 34. 42. 44. eod.* Adde *Groeneweg. ad*  
*l. 23. C. h. t. & l. 7. C. de incest. nupt.* Quod inprimis in nuptiis  
 nepotis vel neptis consensus patris requiratur, dixi ad *tit. de pa-*  
*tria potest. contra l. 3. & l. 16. §. 1. h. t.* Hodie quoque consen-  
 sum patris captivi desiderari, probavi *Lib. 1. Inst. contra l. 9. §. 1.*  
*l. 10. & 11. h. t.* Adde *Groeneweg. ad dd. ll. Ad l. 14. & 17. dixi*  
*ad d. l. 55. h. t. Ad l. 38. 57. 63. dixi ex parte, cum probavi,* hu-  
 miliiores dignioribus in matrimonium collocari posse. Adde  
*Groeneweg. ad tit. C. si quacunque prædit. potest. Hænon. d. disp. 6.*  
*thes. 8. & 9.* An & quæ loca in hisce duob. tit. emendanda sint,  
 hodie prosequi non vacat. Vide *Gothof. ad dd. tit.*

IX.

*Ad l. ult. an jure gent. committatur incestus inter fratrem &*  
*fororem vide & redargue ex nostr. ad §. 2. Inst. de nupt.* Frustra  
 hic quæritur, quâ pœnâ incestus puniatur, quum Moribus in de-  
 suetudinem abierit, & rectius committatur arbitrio judicis, quod  
 varii sint gradus incestus. Vide *Groeneweg. ad l. 6. de incest. nupt.*  
*Bacchov. ad Treutl. thes. 4. lit. b.* Unde dixerim, bona non ipso  
 jure fisco deberi, sed requiri sententiam declaratoriam. *Diff. vi-*  
*de apud Bacchov. d. loc. Quod liberis incestuosus ex bonis paternis*  
*hodie debeantur alimenta, extra controversiam videri debet.*  
*Quin imo vix confiscatio bonorum cum pœna capitali concurre-*  
*re potest, ut alibi dixi, & latius forsan dicam ad Lib. 48. Pand.*  
*Sed quid, si ignoranter incestæ nuptiæ contractæ sunt, ad quem*  
*pertinebunt utrimque acquisita? Ignorans fiscum excludit.* *arg.*  
*ult.*

*l. ult. de leg. 1. & l. 4. C. de incest. nupt.* Diss. vide apud *Treutl. thes. 7. lit. b. & ibi Bacchov.* Sed confirmatne juris ignorantia cum diurnitate temporis statum liberorum ex incestis nuptiis editorum? *Aff. de l. 57. §. 1. b. t.* Sed *d. §.* censurà dignum censet *Autumn. ad d. l. 57.* quæ sententia, inquit, recepta est, nec me movet auctoritas Marciani. Etenim necesse est, ut lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. Ipsam autem perspicuitatem demonstrat ex *l. 7. C. de integr. rest. l. 4. & 6. C. de incest. nupt.* Sed illæ ll. vix ad rem faciunt, ut cuilibet peritiori patet. Verum hæc ratio præcipue movere videtur, quod crassa ignorantia vix excuset ab omni pœna; atque adeo multo minus vel matrimonium legitimum, vel liberos legitimos efficere possit contra legem naturæ prohibentem. Adde *Mornac. ad d. l. 57.*

F I N I S.





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

